



Nr. 60.3.

19

Q. E. F. F. Q. I. E. D
PRAEMISSA
ALIQVOT HOSEAE PROPHETAE
LOCORVM EXPOSITIONE

II

OMNES MVSARVM PATRONOS
FAVTORES AMICOS

AD

ORATIONEM VERNACVLAM

DE

TRANQVILLITATE ANIMI, DEI FAVORE
NIXA, SVMMO HOMINVM BONO

AB

IO. SEBASTIANO HERMANNO
MOENCHROTHA - COBURGENSE

IVVENE ET INGENII BONITATE, ET IN LITERIS
BONISQUE ARTIBVS COLENDIS DILIGENTIA ET
MORVM VRBANITATE VEHEMENTER
LAUDABILI

DOM. XVI. POST TRINITAT. MDCCCLXXVI

HABENDAM
EA QVA DECET OBSERVANTIA

INVITAT

IO. CASIMIRVS HAPPACH
SER. DVC. SAX. COB. ET SAALFELD. A CONSILIIS
IN CONSISTORIO, ILL. GYMN. CASIMIR. ACAD. DIR
ET THEOL. P. P

COBURGI

EX OFFICINA PRIVILEGIARIA AHLIANA

11
OMNES MATERIAE STATIONES
TAVATORIBUS AMICOR
CA
GRATIACALMUS + HINC CAVIT
TRIVIALENTIAE VENDE DEDICATIONE
ANASVAM IN HABITATIONE
10. SEBASTIANO HERMANNO
SILENTIA ET STATIM IN PRAECLARA VITA
ET DILECTIONE DEO VITAM
PONITUR ETATIS PRAECLARA VITA
ALMA VITA ET VITA ALMA
HIC CAVITACIO
SEZERZATI ET SED MATERIA
ET HABITATIONE
ANALOGA ETATIS PRAECLARA VITA

§ XII.

Explicatur Hos. 2, 8.

Qum aliquot Hoseae prophetae loca explicare coeperim, ac plura supersint, quae expositione egeant, in illis quoque declarandis nunc operam meam collocabo, si forte intellectus oraculorum Hoseae ea re possit adiuuari. Solicitatur lectio Hebraicae veritatis Hos. 2, 8, ob Graecum, διὰ τὸ οὐρανὸν ὁράσσω τὴν ὁδὸν ἀντῆς, et Syrum, מִתְלָא הַלּוֹן הַאֲסֹם אֶנְאָגָה אַוְרָחָה propterea ecce ego obsepio viam eius, conuertentes, a Viro S. R. Io. Aug. Dathio, qui pro רַדְקֵבְּנָה legi cupit et segmentum hoc sic transfert: „Propterea viam eius spinis obstruam, et sepimento obiecto faciam, ut semitas suas non inueniant.“ Sed lectio illa רַדְקֵבְּנָה in codicibus, quos adhuc nouimus, editionibus et translationibus reliquis reperitur omnibus. Graecus autem interpres, et qui ex illo hauserunt Syrus, et, quem equidem addo, Arabs ponens טְרִיקְרָה viam eius, vnum tantum efficiunt testem, cuius causa mutatio hic nulla locum habere potest, praesertim quem idem Graecus in reliquis etiam huius segmenti partibus sit corruptus, de qua re mox agendi erit occasio. Vereor praeterea, ne hac translatione oratio prophetae omni priuetur vi ac robore, cuius est plenissima, neque eadem infirma, exsanguis, languidior ac eneruata reddatur. Nam quemadmodum in segmento proximo superiore populum Israëliticum loquentem introduxerat, sic nunc verba Dei eidem respondentis subiungit. Quasi vero Deum pigeat, diu cum populo contumace colloqui, mox auertit orationem ad alios, hoc modo: *Profecto equidem obsepiam viam tuam spinis. Quin imo muro obstruam eandem viam, ut ne ad semitas suas pertingat.* Quam mutationem personae etiam Vatablus ad hunc locum agnouit. At lectio in posteriori quoque versus sectione est constituenda. Pauca quaedam exempla editionesque a b.

D 2

Io.

Io. Henrico Michaële in Bibliis Hebraicis allegatae habent
נִירְבָּה sine Mappik ultimae literae impresso, quibus adiici potest
 num. 15, sive Polyglotta Anglicana, Londini, 1657. Quam
 lectionem Vir S. R. Dathius sequutus esse videtur, et *septimento*
objeto. Sed antiquiores codices melioresque editiones legunt
נִירְבָּה quam lectionem nos quidem praeoptauimus. Hic vero
 denuo quaerendum est, num pronomen in verbis, *quin imo*
exstremum murum eius ad populum Israëliticum referendum sit,
 an ad viam. Viam significari pronomine illo, indicant omnes
 fere translationes antiquae. Chaldaeus quidem hunc locum sic
 explicuit: **כִּי חָא אָנוֹ מַקְלֵל יְתָ אֲרֹחֶתֶךְ כִּמְאָ דְּסִינָן בְּכִיבְּיאָ :**
וְאַפְסָקָן כִּמְאָ דְּמְפָסָקָן בְּכִתְבְּיאָ : Propterea ecce quidem perdam
 viam tuam *instar eorum*, qui obsepiunt spinis, atque intercidam
 eorum more, qui *interrumpunt* viam maceriis. Graecus hic ma-
 nifesto est corruptus, scribit enim, *καὶ ἀπομοδησώ τὰς ὁδές*.
 Codices Alexandr. et Aldin. addunt *αὐτῆς*. Satis antiquus fuit
 hic Graeci interpretis error, id quod colligi potest ex Arabe,
 qui eundem imitatus est, conuertens *וְאַבְנֵי* *atque aedificabo* se-
 mitas eius. Ipse Drusius lectionem illam Graeci interpretis
 veram esse opinatus est, adscribens, “*וּבְנִיתִי*” sic enim lectum
 esse a Graeco interprete creditit. Idem addit: „Ebraeus ha-
 „bet quod redditum in editione Complutensi. *καὶ Φεα-*
 „*γήστουαι*, et in operibus Hieronymi, et *obstruam*. Scriptura in
 „omnes partes melior.” Haec et nostra aliquamdiu fuit senti-
 tentia. Illa enim Flaminii Nobilii scribentis: „Quasi exagge-
 „rabo, vt valeat idem, quod in Complutensi. et apud Theodo-
 „retum est, *Φεαγήσουαι*, et apud S. Hieronymum, *obstruam*,”
 plane est repudianda, et quod idem nobis narrat de Theodo-
 reto, non ita se habet, nam hic legit *ἀπομοδησώ τὰς ὁδές*. Nunc vero
 persuasum habemus, *Φεαγήσουαι* esse interpretationem voca-
 buli rarioris margini primum allitam, quae deinde omisso ver-
 bo corrupto, in contextam recepta est orationem. Nos qui-
 dem, putamus, Graecum scripsisse *καὶ ἀπομοδησώ τὰς ὁδές*.
 Illud enim notum est, *ἀπομοδησώ τὰς ὁδές*, idem esse ac *ἀπο-*
Φεάξαι *διὰ τίνος ὀποδομῆς*, *obstruere vias aedificatione quadam*.

Sic

Sic explicat Scholia Thucyd. lib. VII. p. 546, A edit. Wetchel. et lib. I. p. 88 A, τὸ ἔπη πάντα δέμηταν, idem Scholia Thucyd. interpretatur, τερζοῖς αὐτες τὰς θύγας ἀπέθεαξαν, μυρο πόρτας αἰδίκουλαι ὅψεπτες, εανδὲν ὅψιρυξεροῦνται. Syrus, antiquior Arabe interpres, sic legisse videtur, qui conuertit שׁבְּלִיָּה וְסַאֲנָה וְסַפְּרִים semitas eius. Summa igitur semper adhibenda est cautio, ne temere ob translationem Graecam Hebraicam sollicitemus veritatem. Antea enim diligentissime est dispiciendum, anne Graecus interpres vitio quodam laborebat, qui prius sit emendandus. Cadunt ergo ea, quae ad vocabula τὰς ὁδοὺς ἀντὶς adscriptis Drusius: „Hic si eos legisse suspicer, „דָּרְכָּה quod non nihil affinitatis habeat cum דָּרָה, si id non le-„gerunt, atque id tamen mihi libeat suspicarier, quis id prohibe-„bere me poterit, ne suspicer? „ Sunt vero vocabula τὰς ὁδοὺς nihil aliud, nisi explicatio pronominis verbo דָּרָה adiecti, illo-„viam potius significari, quam populum Israëliticum. Ex qua-„re antiquitas lectionis, qua litera מ huius vocabuli puncto no-„tatur, satis appetet.

§ XIII.

Exponitur Hos. 2, 11.

Non magis feliciter sollicitatur lectio Hos. 2, 11, quem locum sic transfert Vir S. R. Dathius: „Propterea frumentum „et mustum meum sio tempore repetam. Lanam et linum „meum auferam, ne verenda tegere possit.“ Idem in notis addit: „Sequutus sum in versione τὰς ὁδούς qui pro בְּתֹותָה legen-„runt ut Cap. IV, 6, legitur בְּתֹותָה vertunt enim τὰς μῆ „καλύπτειν. Sensus est, quod nemo negabit, longe aptior con-„textui, quam ellipsis, qua suppleta sensus existit perquam fri-„gidus: lana et linum, quod dederam ad tegendam nudiratem „suam: vti habent Chaldaeus et Syrus. Immo vero Deus non „necessaria tantum suppeditarat, sed largam omnium rerum „copiam et abundantiam. Cf. vers. 10., „At Graecus et Arabs hic non ad verbum sed ad sententiam transtulerunt, id

quod iam vidit Drusius adscribens: „*Lana et linum ad tegendum nuditatem locutio est, ut canes ad venandum, quae ex elegantiis linguae Ebraicae.*„ Et mox ad Graeca, τὸ μῆνα λαλύπτειν. In Ebraeo τὸ μῆνα λαλύπτειν ad tegendum. ἡμέτια καὶ ὁθόνια τὸ μῆνα λαλύπτειν, quae adhibentur ad tegendum: eadem si ablata fuerint, non poterunt tegere pudenda. Ergo incolumi sententia adiecta fuit negatio Graecis, quam etiam Interpres Vetus expressit, ut videre licet in Hieronymo.„ Quod Chaldaeus et Cyrus supplent vocabula לְהִנְחַת, *lanam et linum*, quae deram ad tegendum nuditatem suam, illa ad periphrasis pertinent, quam scripsit certe Chaldaeus, quamque hic etiam dedit Cyrus. Neque verba illa, quae dederam, necessario sunt subaudienda. Alia certe ratione ellipsis suppleuit Isaacides adscribens: *אֲשֶׁר הִיא לְכֹסֹת אֶת עָרוֹתָה* *Lana et linum, quae essent ad tegendum nuditatem suam.* Praeterea hic non sermo est de vestimentis, quae dedisset Deus, sed de iis quae iam afferenda, iisdemque non superfluis solum, sed etiam ad vestiendum corpus quam maxime necessariis. Eodem modo haec declarat Theodoreetus: Ἀπειλεῖ δὲ καὶ τὴν ἐθῆτα αὐτοῖς οὐδεὶς, ὅπερ καὶ τῶν ἀναγνωστῶν περιβολαίων σπανίζειν. Minatur, eos vestitu quoque spoliatum iri, ut necessariis etiam careant operimentis. Satis ergo patet, nullam plane esse mutandae lectionis causam.

§ XIV.


Declaratur Hos. 2, 16.

Difficilioribus Hoseae locis annumerandus est ille Hos. 2, 16, quem Vir S. R. Dathius sic transfert: „Verum enim vero deinde eam ad saniorem mentem reuocabo, atque in deserto, quo a me deducta est, consolabor.„ Nos quidem hoc segmentum sic conuertimus: *Certissime equidem persuadebo illi, eamque reducam vestitam, et consolabor illam.* Primo vocabulum בְּנֵי hic aequa ac asseuerandi esse particulam, satis constat. Abrahami ben Ezrae enim sententia, particulam בְּנֵי hoc loco propterea significare, atque ad versum nonum esse referendam haud probari potest. Is quidem haec adscripsit: „Postquam

„quam cognoverit, omnia mala ista euenire illi, propterea quod
 „mei oblitera sit, neque agnoscat, ab initio me ei beneficisse, et
 „quum cogitet, animum inducam reuerti ad maritum meum
 „priorem, tum persuadebo ei verbis.“ Deus vero, qui acer-
 bissimas modo proposuerat minas, iam faustiora fata promittit,
 atque in ipsis vaticiniorum initiis gemina asseveratione לֹן et
 הנָה certissime illa esse euentura indicat. In hac re assentio Viro
 S. R. Dathio absribenti: „Totus hic locus vsque ad finem ca-
 „pitis mihi videtur consolatorius et promissionem continere de
 „reditu aliquando futuro ex captiuitate.“ Nihil ergo in hoc
 segmento inesse potest minarum, nihil fatorum, quae praedice-
 rentur, sinistrorum.

Quaeritur autem porro, quomodo verba **אֲנָכִי מִפְתַּחְתָּךְ** sunt
 conuertenda? Improbandi nobis quidem videntur illi interpre-
 tes, qui verbis illis poenas plagasque quamuis salubres signifi-
 cari opinantur. Non magis Grotii commenta sunt admittenda,
 verbis ambiguis, χλευασικῶς haec esse dicta, sive cauillationem
 quandam haec habere, atque insectationem, quae Ieo hoc loco
 sine impietate minime tribui possit, quum vera bona promit-
 tantur. Antiquiores nunc audiamus interpres, quorum alii
 alium verbo **פָתָח** dederunt significatum. Nam hoc vocabu-
 lum, si linguas cognatas Samaritanorum, Aramaeorum atque
 Arabum consulas significat. 1. *Creuit, latus fuit.* 2. *Adolescens,*
fatuus fuit. 3. *Persuasus est.* Primum significatum adhibuit
 Graecus: Διὸς τέτοιο οὐδὲ ἔγα πλανᾶ ἀντὴν, propterea ecce ego se-
 duco, id est, seorsum atque in campum quasi latum duco illam,
 ubi libere errare ac vagari possit. πλανᾶσαι certe est idem ac
 τρέχειν, currere, errare, vagari. Quamobrem πλανῆται Hesychio
 Tom. II. p. 972 ed. Albert. sunt αἰσέγες (fortasse inferendum οἱ)
 τρέχωσι (vel vt Io. Christian. Biel suspicatur τρέχοντες) ἐπίσημοι
 οἵτοι μετανάσται, stellae errantes, homines insignes sive vagi. Eo-
 dem modo Iudei נְדִירִים Hof. 9, 17, a Graeco dicuntur πλανῆ-
 ται, vagi, errantes. Theodoretus minus recte de captiuitate
 intelligit, adscribit enim: Αὐτὶς τές αἱλάθαι ἀντὴν καὶ πλανᾶσαι
 αἱχμαλωτον γενομένην παρασκευάσω, eam captiuam errare ac va-
 gari

gari faciam, id quod de captiuis temere dici nequit. Peius et iam Graecum intellexit Arabs, qui habet **أَنْتَ بِالْحُكْمِ إِنَّمَا** *eam in errorem deducam.* Quem male sequutus est Grotius ponens: „Verba sumta ab amatoribus. Res longe aliae. Moechi solent feminas blandis verbis decipere. Deus illos de decem tribibus egredie decipiet.” Hi assumserunt alterum verbi significatum, *adolescens, fatuus fuit.* Eandem significationem in mente habuit Chaldaeus transferens: **בְּנֵי :** **אָוֹרְתָּא לְהָ** **חָא אֲנָא מַשְׁעַבְדָּ** *Certissime seruam eam faciam legis, id est, eam adolescentularum, siue, quod idem est, seruorum more tractabo.* Quae interpretatio cum reliqua contexta oratione minime conuenit, quum hic de bonitate diuina poenas plagarisque excipiente sermo sit. Tertium significatum adhibet Latinus, qui scripsit: *Ecce ego lactabo eam, id est, persuadebo illi.* In Commentario in Oseam, qui Tyrannio Rufino falso tribuitur, verbum istud hoc loco a *laete* deriuatur, quae iusta Francisco de Ribera jam visa est causa, cur Commentarium illum Rufino abjudicaret, multoque recentiorem esse putaret, id quod hodie etiam plerique omnes facere solent erudit. Hoc loco verbum *lacto* deducendum est a *lacio*, auctore Fefto, scribente: *Lacit, decipiendo inducit. Lax enim est fraus. Lacit, in fraudem inducit. Inde est, allucere et laceſſere. Inde laſſat, illeſſat, deleſſat, oblectat.* *Lactare ergo hoc loco idem est atque allucere.*



6
Id 6020

(I):

X 2284726

vda 18

Bart.





B.I.G.



Q. B. F. F. Q. I. E. D

PRAEMISSA

ALIQVOT HOSEAE PROPHETAE
LOCORVM EXPOSITIONE

II

OMNES MVSARVM PATRONOS
FAVTORES AMICOS

AD

ORATIONEM VERNACVLAM

DE

TRANQVILLITATE ANIMI, DEI FAVORE
NIXA, SVMMO HOMINVM BONO

AB

IO. SEBASTIANO HERMANNO

MOENCHROTHA - COBURGENSE

IVVENE ET INGENII BONITATE, ET IN LITERIS
BONISQVE ARTIBVS COLENDIS DILIGENTIA ET
MORVM URBANITATE VEHEMENTER
LAUDABILI

DOM. XVI. POST TRINITAT. MDCCCLXXVI

HABENDAM

EA QVA DECET OBSERVANTIA

INVITAT

IO. CASIMIRVS HAPPACH

SER. DVC. SAX. COB. ET SAALFELD. A CONSILIIS
IN CONSISTORIO, ILL. GYMN. CASIMIR, ACAD. DIR
ET THEOL. P. P

COBURGI

EX OFFICINA PRIVILEGIARIA AHLIANA